



## **Compendiosa Praxis Beneficiaria**

**Nicolarts, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Dvbivm III. An Concordata Germaniæ capiant ea beneficia , quæ vulgari  
titulo officia Ecclesiastica nuncupantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61991](#)

quām eū, cui contulit, omnium fructuū perceptorum & damni illati Ecclesiæ, & insuper taliter provisum interdictum esse ab ingressu Ecclesiæ &c. Hinc nec prodest ullā cōtraria consuetudo, quæ contra Regulas reservatorias & Constitutiones Apostolicas est potius corruptela dicenda, ad excusandas excusationes in peccatis, quām vera consuetudo: quin tātē graviora sunt peccata, quantō diutiū infelicitē animā detinēt alligatam, ut disertē loquitur text. in c. cūm in Ecclesiæ. 9. de simonia. & c. quanto. 4. & c. ult. de consuet. Vnde Branden ad Concord. quest. 5. num. 21. censet confessarios obligatos esse ad non absolvendum poenitentes, donec pareant, & Constitutionibus Apostolicis obedientiam præstent.

*Quo<sup>1</sup> ab  
O<sup>2</sup>dinariis  
attende  
debet.*

§. 6. Quæ si Ordinarii quidam collatores magis perpendarent, non tam inconsideratē subinde ad beneficiorum in mensibus Apostolicis vacantium collationes contra Concordata Germaniæ profilirent; sed de his latius *infra* tit. 3. dub. 2. per tot.

### D V B I V M III.

*An Concordata Germaniæ capiant ea beneficia,  
quæ vulgari titulo officia Ecclesiastica nuncupantur?*

*Exponitur §. 1.  
status quo.  
sionis.*

Inter alia argumenta, quibus Ordinarii quidam collatores elidere, seu potius eludere conantur Concordata Nationis Germanicæ, est & illud, quo beneficia in mensibus Apostolicis vacantia colorare solent titulo officiorum Ecclesiasticorum, existimantes ea sub Concordatorum alternativa non comprehendendi.

*Officia in  
titulum  
dari solita  
compre-  
hendanur  
sub Concor-  
datis Ger-  
maniae.*

§. 2. Ad illud proinde Respondeo juxta receptam Canonistarum sententiam, officia Ecclesiastica, quæ in titulum non dantur, veluti est officium custodis, cellarii, Prothonotariorum, & hīs similia, nec non officia ea, quæ missiarum aliquot onus annexum habent, ad nutum amovibilia, non cadere sub

sub reservationem Regulæ olim VIII. nunc IX. Cancellariæ Apostolicæ, aut Concordatorum Germaniæ; secùs verò ea, quæ in titulum dari solent, licet simpliciter officia vocitentur, cùm in nihilo distent à beneficiis Ecclesiasticis c. 2. §. cùm verò de concess. præben. & gloss. in Clem. fin. verb. si beneficiorum de decimis. & aperte text. in c. fin. de concess. præben. in 6. ubi post enumerationem eorum, quæ beneficia censentur, inter quæ & officia ponit, additur, & aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis. quæ dictio aliis est repetiva similium gloss. in c. sedes. 15. de rescript. Rebuff. in praxi. part. 1. tit. seculari beneficium quotuple. num. 6. & de devolut. num. 73. Flamin. Paris. de resignat. lib. 2. quest. 1. num. 92. Hoieda de benef. incompatib. part. 1. cap. 8. num. 3. & part. 2. cap. 8. num. 9. Gonzalez ad reg. 8. cancell. gloss. §. 11. num. 5. & seq. Chokier ad reg. eandem. gloss. num. 2. 9. & 24. & in comment ad reg. 33. alias 35. num. 45. Barbosa de off. & potest. Episc. part. 3. alleg. 57. num. 14. 2. & 143. ac seq. Et sic cùm officia hujusmodi Ecclesiastica æquiparentur beneficiis, teste Flamin. Paris. de resignat. lib. 12. quest. 1. num. 36. non possunt aliam ab ipsis conditionem sortiri.

§. 3. Quin nec refert, quo nomine beneficia nuncupentur, sive <sup>centur</sup>  
nam magis attendi debet natura rei, quam simplex nomina- <sup>altaria,</sup>  
tio arg. c. ea que. 16 de Simonia. Hoieda de benef. incompatib. part. 2. <sup>capelle,</sup>  
cap. 8. num. 11. Gonzalez ad reg. 8. cancell. gloss. §. num. 17. & 18. ad- <sup>oratoria,</sup>  
eoq; sive vocentur altaria, capellæ, aut oratoria, dummodo in <sup>aut aliter</sup>  
titulum conferantur, hoc est, ad vitam titulati; quod potissimum ex fundatione, seu dotatione, vel Episcopi Diœcelsani  
erectione, institutione, sive approbatione liquet. Clem. quia  
contingit. 1. §. ut autem de religios. domib. c. quæ situm. 1. q. 3. Rebuff.  
loco primò cit. num. 15. Gonzalez ad reg. 8. gloss. §. n. 11. & ead. gloss. §.  
4. num. 14 & 15. & §. 11. n. 5. & seq. Chokier ad eand. reg. 3. loco cit.  
quantumcumque etiā dos ipsis assignata sit simplex, veniunt  
beneficiorum appellatione, & sub reservationibus Regula-  
rum Cancellariæ, ac Concordatorum Germaniæ quæcumque  
beneficia Ecclesiastica in alternis mensibus vacantia  
comprehendentibus indubitatè continentur, Sylvester verb.  
beneficium. n. 3. & eleganter Gomezius ad reg. de infirmis. quest. 23.

§. 4 Art.

*A gumen-  
tum aliud  
contra Cen-  
cordata.*

§. 4. Annis portò superioribus vidi nonnullos collatores Ordinarios, ut provisos Apostolicos excluderent, hoc ipsis potissimum opposuisse argumentum: scilicet beneficia, de quibus agebatur, esse tantum officia temporalia & manualia, ad nutum amovibilia, seu legata pia: ex quo fortè literæ erectionis in titulum per Episcopum factæ vel essent deperditæ, aut certè non invenirentur, & sic non constaret de perpetuitate tituli: adeoq; sub Concordatis, & Regulis reservatoriis non cadere, Gonzalez ad reg. 8. gloss. §. §. 6. num. 9. Chokier ad eadem reg. 8. gloss. 1. num. 7.

*Beneficia  
Ecclesiastici  
capræsu-  
muntur  
perpetua.*

§. 5. Verum in ambiguo ejusmodi terum statu scire juvat, de natura & conditione cuiusque beneficij Ecclesiastici communiter esse, ut sit perpetuum, & in dubio perpetuum præsumatur, c. unico. & ibi gloss. verb. perpetui. de capell. monach. in 6. & c. veniens. §. de filiis Presbyter. Rebuff. in tract. de nominat. quest. 9. num. 25. vers. in contrarium metrahit. Gonzalez ad reg. 8. gloss. §. §. 6. num. 7. VVames. in consil. canonic. tom. 1. consil. 229. num. 2. Rota part. 1. divers. decis. §. 08. num. 7. Quin etiam in dubio semper prælendum sit, in beneficij Ecclesiastici fundatione & electione Episcopi Diocesani auctoritatem & consensum intervenisse, Rebuff. in praxi tit. quid sit, & quot modis dicatur beneficium. num. 8 sub fin. ubi, capella fundata ad serviendum Deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium Ecclesiasticum. Gonzalez ad reg. 8. gloss. §. num. §. 0. Barbosa de jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 5. num. 1. 23. & 24. Rota apud Seraphin. decis. 871. num. 3. & cit. decis. §. 08. part. 1. divers. num. 7. Adhæc perpetitas & non temporalitas seu manualitas beneficij colligitur, ubi concurrunt cætera, quæ ad veri perfectiæ Ecclesiastici beneficij naturam & substantiam requiruntur; ut est habilitas ex parte conferentis, & ejus cui confertur ex Ecclesiastica condizione idonea: ut nempe persona conferens sit Ecclesiastica, Episcopus, Prælatus, vel Canonicus &c. & is cui providetur, sit clericus: item qualitas beneficio inhærens, quæ præcipua est, ut in titulum conferatur, gloss. 1. in fin. Clem. 2. de decimis. ut sit perpetua, id est, ad vitam beneficiati c. sanctorum. 70. distinct. c. veniens. §. de filiis presbyter. Rota præcit. decis. §. 08. num. 3. & seq. part.

part. i. divers. & apud Gregor. XV. decis. 48. num. 6. Et denique canonica institutio, per quam quis in hanc perpetuitatem velut investitur. Sunt enim hæc signa, & velut symbola veri Ecclesiastici spiritualizati & perpetui beneficii; Ioan. de Selva, tract. de benef. part. 1. quest. 1. Hoidea de benef. incompatib. part. 2. cap. 8. num. 10. VVamesius in consil. canon. tom. 1. consil. 229. num. 2. Layman Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 5. sub num. 6. Itaque dum constat de diversis successive collationibus, provisionibus & institutionibus usque ad vitam beneficiati factis, judicandum est illa beneficia habere veram rationem Ecclesiastici perpetui beneficii; præscriptum dum sic sunt conceptæ, ut nullo modo possint intelligi factæ de manualibus aut temporalibus beneficiis, aut officiis; eoq; magis, si expressa sit, expressimq; adjecta formalis perpetuitatis appellatio, quæ non patitur hæc beneficia alio jure censerri, quam denominatio demonstrat, l. labo. 7. ff. de suppell. leg. VVames. loc. cit. Garcias de benef. part. 1. cap. 2. num. 13. Ad quam perpetuitatem & inhærentem perpetui beneficii Ecclesiastici qualitatem coadjuvandam concurrere quoque possunt alia, quæ de hisce officiis Ecclesiasticis provisus cum quotquot aliis in iisdem Ecclesiis perpetuis beneficiatis ex æquo, aut saltem cum parvo discrimine forsan sunt communia, & quæ non nisi similibus competunt, vide licet idem habitus Ecclesiasticus choralis, stallum in choro, eadem in officio Divino functiones, fructuum atq; emolumenterum perceptio; quibus notis cum aliis perpetuis beneficiatis paribus, non imparia censerri debent horum beneficia, VVamesius loc. cit.

§. 6. Præterea beneficium de sua natura manuale fieri potest perpetuum consuetudine, vel præscriptione; maximè, si eiusmodi consuetudo, vel præscriptio processerit à tempore, quo sciente & paciente illo, qui ius removendi prætendit, fuit aliquis provisus in titulum perpetuum, & talis provisio habuit effectum. Gonzalez ad reg. 8. gloss. 5. §. 6 num. 34. & seq. Chokier in comment. ad reg. 37. alias 39. cancell. num. 11. D'Aluin. in tract. de Episcop. potest. cap. 6. num. 1. & cap. 17. num. 4. Barbosa de jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 5. num. 23.

K

§. 6. B.

## Tit. I. De Reservationibus

74

Beneficii  
 perpetui  
 rationem  
 non minu-  
 ãt iusta be-  
 neficiati  
 amotio.

§. 7. Beneficii porrò perpetui rationem non minuit, quamvis beneficiati, meritis ipsorum id exigentibus, amo-  
 veri queant; cùm accidentaria hæc iusta de causa amoven-  
 di potestas regulatiter rei naturam, conditionem & substan-  
 tiā non immutet. Nam ut perpetuum sit & censeatur be-  
 neficiū, latis est, quod in voluntate & potestate beneficiati  
 sit, ut quamdiu vivit, possit esse perpetuus Rector; eo  
 enim modo accipitur perpetuitas beneficii, c. unico. de capell.  
 monach. in 6. & gloss. in verb. perpetuas. in c. finali de rescrip. eodem 6. Vnde in calu huius concessæ amotionis non tam vo-  
 luntas amoventium, quām factum elus qui amovetur, in  
 consideratione habetur: siquidem in vera & propria manu-  
 alitate & amovibilitate nulla sit cōsideratio volūtatis, seu fa-  
 cti ipsius beneficiati, sed ipsius superioris, qui sic suo nutu ex  
 solo voluntatis arbitrio constitutum in officio vel beneficio  
 amovere, & inde avocare potest. c. cūm ad monasterium. 6. §. tales.  
 de statu monach. & c. 2 §. priores. eod. tit. & Clem. 1. de suppl. ne-  
 glig. Pr. Imò licet beneficiati in receptione sua iurent se  
 beneficio cessuros ad nutum collatoris, seu potestatem amo-  
 vendi habentis: id accipiēdum est de amotione ex iusta & ra-  
 tionabili causa; quæ amotionis facultas perpetuitati beneficii  
 non derogat. VVamesius præcit. consil. 229. num. 3. & 4. quæ pro  
 hoc incidenti sufficient. Idcirkò in beneficiis ultimus status  
 attendi debet, an ad vitam beneficiati consueverint  
 conferri, VVames. in consil. canon. tom. 1. consil. 257. n. 9.  
 ex ea enim ratione censemebuntur beneficia  
 perpetua Ecclesiastica. Hoidea de benef.  
 incompatib. part. 2. cap. 8. num. 15.

DVBL-